Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv, Commentarii

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Nimium sibi asper.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Visual Library

mula iuſſit religionem catholicam profiteri. Ita Caniſius & præſentibus, & longè poſitis, nec ſuo tantùm æuo, ſed & poſteris conſulebat. Per Autumnum Herbipolim quoque excurrit accerſitu Epiſcopi ad Collegium feſtinantis. Perque eam occaſionem ad populum pro concione, quo ſolebat publicæ vtilitatis euentu, egit. Quocunq; enim ferretur, non ſecus ac ſacra illa nauis inſtitoris perferebat eſurientibus populis, & gratuito diuidebat panem vitæ: adeò quidem ſe ſe, humanamque oblitus infirmitatem, vt monendus Lainio fuerit, videret vt rationabile obſequium ſuum faceret, affli&tandoq; corpori ita moderaretur, vt ſacrificium ſale condiret. Cui vir germano candore, & antiqua ſimplicitate, non vt quidam ſuperba modeſtia magnitudinem infitians, aut eleuans ærumnarum, ſed accuſationem amplians, clauſula illa reſpondit. De moderandis meis laboribus paternā admonitionem non poſſum non reuerenter amplecti. Vtinam ego diſcretionem virtutum Matrē in re vlla tenere poſſem, qui neque mihi, neque aliis ſatisfacio ſæpe. Sed ſpero tamē meliora intercedentibus pro me ſanctis Patrum precibus apud diuinam Maieſtatem.

Excurrit Herbipolim.

Nimium ſibi aſper.

Modeſtia eius.

Prin-